



Büchert. miscell. J. D.

C. F. R. Vetterlein, 1810.

Sammelband! (100.)

ccc

Rubr. XVIII, Nro. 25. E<sup>c</sup>

**Gymnasial - Bibliothek**

zu Cöthen.

1)  
2)  
3)  
4)  
5)  
6)  
7)  
8)  
9)  
10)  
11)  
12)  
13)  
14)  
15)  
16)  
17)  
18)  
19)  
20)  
21)  
22)  
23)  
24)  
25)  
26)  
27)  
28)  
29)  
30)  
31)  
32)  
33)  
34)  
35)  
36)  
37)  
38)  
39)  
40)  
41)  
42)  
43)  
44)  
45)  
46)  
47)  
48)  
49)  
50)  
51)  
52)  
53)  
54)  
55)



לְבֵית יְהוָה נִאוּה קֹדֶשׁ

Pfalm. XCIII. 5. *Domus Jehovæ ornatus Decentia*

**SANCTITAS.**

DISSERTATIONE PUBLICA

DE

**REVERENTIA**

**TEMPLORUM**

**ECCLESIAE N. T.**

**CHRISTO DOMINO,**

(*cujus Fideles Tempia, Domus sunt.* Hebr. 3. 6.

1. Cor. 3. 16. 17. 2. Cor. 6. 16.) propitio

PRÆSIDE

**PAULO GYÖNGYÖSI,**

à PETTYEN.

S.S. Theol. D. *Ejusdemque Facultatis*, in Academia

R. *Viadrina*, post *carceres*, & *Exilium suum*, *Professore Ord.*

h. t. Decano, *Illustris Ecclesie Anglicane* Presbytero.

In *Auditorio Majori*, H. C.

Die XX. Octobr. M DCC XXXI.

illustrata.

*Defendente*

**JOHANNE NOUVEL,**

Berolinensi.

FRANCOFURTI ad VIADRUM,

Typis TOBIÆ SCHWARTZII, Acad. Reg. Typ.



*Psalm. 69. 10. Quia Zelus Domus tua comedit me, ideo Probra eorum, qui probris te afficiunt, (in Templo) ceciderunt super me. Joh. 2. 15-17.*

*Ezech. 44. 9. Sic ait Dominus Jehove, preputiatus corde & carne, ne venito ad Sanctuarium meum.*

*Jac. 1. 27. Religiosus autem Cultus, apud Deum & Patrem, purus & incontaminatus hic est, immaculatum se conservare à mundo.*

*Demosthenes Philipp. Utrum, το εὐσεβες, religio, in parvis an in magnis violetur, idem est. Jacob. 2. 10.*

*Isocrates ad Nicoclem. Statuas id pulcherrimum esse Sacrificium, & Cultum Deo maximum, si te quam optimum & justissimum praestes.*

*Cicero. T. 2. de Leg. ad Divos caste adeunto, pietatem adhibento, qui secus faxit, Deus ipse vindex erit. Exod. 20. 7.*

*Epicharmus, Mundam si mentem habes, mundus es toto corpore. Matth. 6. 22. 23.*

*Mero Æneid. 3. Ne qua inter Sanctos ignes in honore Deorum Hostilis facies occurrat, & omnia turbet.*

*- - - Ne mens illusa vegetur, alliganda Deo est.*



REVERENDISSIMO, ILLUSTRISSIMO  
PRÆSULI. D. D.

EDMUNDO

Gratiosa PERMISSIONE Divina  
LONDINENSI EPISCOPO,  
AUGUSTISSIMO MAGNÆ BRITAN-  
NIÆ REGI,

*A SANCTIORIBUS SECRETIS ET DECRETIS*

Antistiti, de *Ecclesia Reformata*, imprimis sub  
*Cruce gementi Hungarica*, immortaliter merito, *veritatis*  
*Orthodoxæ* Vindici Zelotypo, nostri ævi Phineæ, casto  
*Antiquitatum Ecclesiasticarum* Promocondo, Fau-  
tori suo indulgentissimo.

ΕΥΑΙΩΝΕΩ, & inter Candelabra Anglicanæ Ecclesiæ Auræ ΕΥΠΕΡΙΤΑΤΕΩ.

HONORATISSIME DOMINE,


**D**um in *Templis* nostris, Βεβηλας quorundam Γοερων, im-  
primis *Juventutis* nostræ gestus, (quæ *corruptio*, non est  
= 12, *labes* & *Prevaricatio generationis Filiorum Dei* Deut 32. 5.  
Pfal. 73. 15.) æstuanti cordolio observassem; illico subiit ani-  
mum



mum meum recordatio *Systematis Ecclesie vestrae Britannicae*, quam merito, tanquam *Primitive Pietatis Magistram*, ἀρχὴν Eccl. N. T. *Archetypum*, omnes *Orthodoxi* venerantur; *Fides* ejus antiqua, eadem que olim *Sanctis tradita*; cujus *Cimelia* sunt *Patrum intemeratorum dogmata*, *Conciliorum legitimum statuta*; cujus *antemuralia*, omnia veteris Ecclesie *Symbola*; in cujus שמותיה specularibus (Esa. 54. 12.) illibata servantur *Divina Oracula*; in quibus, *Sacramentis*, sua stat *Dignitas*, *Reverentia* & *Majestas* originalis, non portentosis *Mysteriis* gravida, non *absurdis ritibus* turgida, sed *simplicia*, *sincera*, qualia à *Domino* instituta, ab *Apostolis* tradita; cujus *Cultum* Θεωρητικόν, *Regnoque Cælorum ἀξίον*, testantur *Liturgie Sacrorum*; hæc cum animo pervolvebam, exclamavi: *Cum talis sis, utinam nostra esses!* tum ex templo, de hac *Dissertatione*, *Academicis* nostris publicanda decrevi, & quidem, sub *clypeo Honoratissimi Tui NOMINIS*, eo imprimis respectu, ut vobis exinde pateret; quod, Χαρισ μὲν Ministerii mei *Sacri*, quod, 12. *Novembris*, anni 1699. à *Beatissimo* Patre, ista ætate, *Ecclesie suæ Patriæ Noacho*, D. *Henrico COMPTON*, *Episcopo Londinensi*, per *impositionem manuum Presbyterii*. 2. *Tim. 1. 6.* *Vestri*, (nimirum *Tui*, p. t. præspecificati b. m. *Henrici*, *Amannensis*, & *Reverend. D. Joh. Millington*, ejusdem itidem à *sacris domesticis*.) gratiose consecutus fui, exinde jam per 32. annos, indefinenter me ἀναζωοποιεῖν. Igitur, innocua hæc *Sanctuarii Jehovæ Reverentiam* vindicantia lineamenta, eo, quo *Rever. Dignitati* à tuo *Synpresbytero* dedicantur affectu, suscipe, & *Majestatem Sanctuarii Dei in Britannicis Ecclesiis*, uti hætenus *Factis*, *Gestis*, *Scriptis*, ita etiam demum, vindicare sustine; usque dum, cum *S. sene Simeone*. *Luc. 2. 29. 30.* ex Σωτηρίῳ, in Σωτηρίῳ, in pace dimittaris; tumque illud *Celestina*, *Tuæ Διαπραγματεύσεως*. *Matth. 25. 21.* *Euge serve bone*, in eas *Gaudium Domini Tui*. ovans audias; quod tamen ut sero fiat, eximia *Tuæ R. D. venerationis Tesseræ* causa, serio vovet

Præses P. G.





I. N. D. N. I. C. S. M. U.

I. **R**æceptum illud Sacro-Sanctum Aulae Cœlestis Lev. 19: 30. *Sanctuarium meum revere mini, ego sum Jehova Deus vester* & dignitatem & Felicitatem & Dignitatem Israël super omnes alias gentes, quam *Moses* considerans admirabundus exclamavit. Deut. 4. 32-34. *An tale quid magnum factum,*

*aut auditum fuit, ut Deus assumeret sibi Populum. Et 33: 29. Beatus es Israël, quis est sicut tu. Jer. 10. 16. Jacobi porro non est sicut ista, & Israël est Virga Hæreditatis suæ, Jehova Zebaoth est Nomen ejus, Num. 23. 13. Psal. 87. 2. 2. Scilicet, Felicitas Gentis alicujus est, in possessione rei pretiosissima, & quid pretiosus Deo, omni sufficiente, de quo gloriatur David. Ps. 16. 5. 6. & 37: 25. 26. atqui hoc possidebat Israël, in Jehova & Sanctuario ejus possidendo, unde in eo fundamentum fux Spei constituit. Lam. 3. 24. Psal. 89. 17-19. II. Dignitas Gentis est in pretio esse apud dignissimos; ea quæ Regibus magni sunt, qui hominum dignissimi, eopse apud alios quoque æstimantur, sed quis dignior Deo Jehova. Psal. 96. 4-6. atqui hic solum Israël dignatus est, ut foret sibi in Cimmelum. Exod. 19. 5. Psal. 147. 19. 20. Verum, etiam de Ecclesia Gentium Novi Test. sic provocat admirationem Apostolus. Ephes. 2. 13-19. igitur vos non amplius estis peregrini, sed concives sanctorum Familie Dei, ad Deum Abrahami aggregati. Ps. 47. 10. Act. 2. 39. 1. Petr. 2. 9. Vos autem genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta populus quem Deus sibi proprium cognatum vendicat. 2. Pet. 1. 4.*

A

II.



II. Dignitatem gentilium Christianorum in eo collocat praterea, quod essent *Templa Dei viventis*. 2. Cor. 6. 16. Olim soli Israëlita habuerunt Templum Dei vivi, in terra sua, sed hic non dicitur NB. gentibus, quod *haberetis Templum Dei*, tantum inter vos, *sed estis ait vos ipsi Templum Dei viventis*, quod saepius jam monuerat. 1. Cor. 3. 10. & 6. 19. Eph. 2. 19. Hebr. 3. 6. 1. pet. 2. 5. Hujus concionis suae rationem dat. I. *Pro-missionem, habitabo in eis*, nempe, *Templum Dei vivi*, facit aliquem *viva Dei inhabitatio*. Esa. 57. 15. Joh. 14. 23. habitat vero Deus in cordibus per fidem, Eph. 3. 17. & 2. 10. Enim vero, quia Templum Dei sunt fideles, utique aliqua debet esse *analogia*: Templum juxta *icbographiam Dei*, 1. Chron. 28. 11-19. erectum, tribus consistit partibus: *Atrio, Sancto & S. Sanctorum*. Hoc propriissime fuit *habitatio Dei*, Lev. 16. 2. in *Sancto & atrio* steterunt *Ministri* & instrumenta vasa Domus Dei supellestilia aurea, argentea, area, in quibus agebatur opus Dei, sed in Sanctuarium S. quasi *Cimmeliarchum Caestis sanctuarii*, ubi Deus Testimonium suae praesentiae dedit, in illud *Adyrum* nihil illatum est, praeter *Arcaam Faeederis Dei*, quam *Propitiatorium* tegebat; debet igitur in fidelibus, qui Templum Dei viventis sunt, tale *adyrum* dari, Locus quidem habitationis aptus est *Cor* hominis, Deo viventi. Es. 57. 15. Pf. 62. 9. Col. 3. 15, sed huc inferenda est *Arca Faeederis*, cum *Propitiatorio*, quae *mediationem* quasi peragebat. Designabant ista Christum D. Heb. 10. 15, Rom. 3. 25. inferebatur *Arca* ope *ve-ctium*, qui non cernebantur extrinsecus, sed tamen *manubria* per *velum* protensa animadverti poterant: Fides istius modi *vectium* instar est, quae Christum apprehensum infert in cor. Eph. 3. 17. Matth. 9. 21. 22, atque ibi reponit, nunquam postea inde removendum. Psal. 132. 14. quae quamvis invisibilis, tamen extrinsecus animadvertitur protuberantia aliqua, dum *fructibus charitatis* se prodit. Jac. 2. 18. Tit. 3. 8. Gal. 5. 22. Psal. 45. 15. Matth. 7. 16-20. 12: 33. Quamdiu cor est *receptaculum* inde egredientium *malarum cogitationum*. Matth. 15. 19. non Dei vivi, sed Spiritus impuri *Domicilium* est, dum ibi eriguntur *idola Cordis sui*, Ezech. 14. 4. istiusmodi *abomina-tiones*



*rationes polluant domum Dei* Jer. 7. 9. 30. qui non patitur secum talem *cobabitorem* Prov. 23. 26, solus totam vult, aut mavult tota cedere, *Deus & Mammon, Dagon & Arca Dei* nequeunt eodem tecto contineri, 2. Cor. 5. 16. *Arcam Dei* an quis in corde collocatam habeat, cognoscit *ex plenitudine illa Dei*, cor instar *glorie nubis* implentis. Eph. 3. 17. 5. 18. 19. nam *qui Filium habet, & patrem tenet*. 1. Joh. 2. 23. Matth. 11. 27. Joh. 14. 21. 23, cognoscit ibi extare in suo corde *arcam ex tabulis Fœderis*, si teneat *verba F.* non in ore sonantia tantum, sed *sententiam cordi* inscriptam. 1. Cor. 2. 10. 12. 2. Cor. 4. 13. 2. Tim. 2. 19. (pro- ut Christus habuit *Legem in Visceribus suis*, Pf. 40. 9.) Ut benefici- um novi fœderis. Jer. 31. 33. Psal. 37. 31.

III. Nempe Fideles *Templum Dei* dignoscuntur, ex *actio- nibus Dei* in ipsis: de *Templo Salomonis* dicit *Deus*, 2. Chron. 7. 16. *Domum hanc elegi ut sit nomen meum ibi in aeternum, eruntq; oculi mei & cor meum ibi omnibus diebus & Populum meum audiam, & peccata eorum condonabo & eis beneficiam: non secus Apofolus*, 2. Cor. 6. 16. *quatuor actiones Dei*, de *vivis Templis* recen- set, I. *Possessionem in ipsis habitabo*. *Templum Deo* quidem erectum, sed non fuit *Dei habitatio*, nisi postquam *Nubes Glo- ria* impleffet, & tunc nec Salomon, nec Sacerdotes potue- runt consistere in eo; vel ingredi. Exod. 40. 34. 1. Reg. 8. 10. quo signo testatus *Deus*, occupatam à se possessionem, ut sua gloria illud repleret, idque in solidum citra aliud ad- missionem; *Nubis Dei Prasentia, restis est Spiritus S. in corde* 2. Cor. 1. 22. 1. Joh. 3. 24. *Spiritus Gloria*. 1. Pet. 4. 14. 1. Cor. 6. 19. 20. *Spiritus Dei* fidelibus à *Deo sigillatim* inditus, *argumentum* est certum *Proprietatis Dei Possessionis* in vivis *Lapidibus Tem- pli Mystici*. 1. Pet. 2. 5. qui *vicarum* quasi ibi *Spiritum suum* constituit, quæ *proprietas Dei* ex *emptione aeterna* Heb. 9. 12. obligat redemptos ad ministerium *Dei Heri sui*. Rom. 12. 1. 2. 1. Tess. 4. 2. 3. 8. 1. Pet. 2. 9. Recenset. II. *Curam ejus, in ipsis ambulabo*. Christus ut bonus *Paterfamilias, ambulat in medio Candelabrorum septem Ecclesia* & hinc novit *omnium opera*. Apoc. 2. 2. 3. Tach. 4. 10. *Oculi Dei per ambulantes rotam terram*, observant quæ *Zerubabel circa domus Dei structuram suscipit*, Zach. 4.



2-10. nulla *Latebra Templi*, quam Deus non perambulet, & quæ fiant animadvertat. 2. Reg. 5. 26. Gen. 3. 8-13. Esa. 27. 3. Jer. 31. 26. Fidelis qui Deum sibi inambulantiem novit, ita vivit, ut occurrisse sibi Deum gaudere queat. Esa. 6. 45. Psal. III. 2. cum *Elia*, 1. Reg. 18. 15. & 21. 20. Psal. 95. 1. 2. 122. 1. 2. Apoc. 19. 7.

IV. Recenset. III. Actionem Apostolus. *Gubernium. Ero ipsorum Deus*, q. d. omnem meam perfectionem, sapientiam, justitiam, potentiam, bonitatem, *ipsorum bono usurpabo*, id enim est Regis, regnum suum perambulantis, ut, prospiciat de necessariis & gubernet. 2. Chr. 16. 9. quando Deus hominem suis consiliis permittit, tum eum non dignatur sua habitatione & suo regimine; contra, qui sua consilia spernit & Dei sequitur, Jehova illi vere Deus est. Psal. 81. 12. 13. & 73. 23-25. Recenset actionem Dei. IV. Aggratiationem eorum, & *mibi erunt Populus*. Psal. 33. 12. 65. 5. 89. 10-19. Jer. 32. 40. Ezech. 36. 26-28. Sed verò quales esse oportet, qui sunt *Templum Dei Videntis*, & tum quantæ felicitatis habeant securitatem. v. 17. Apostolus insinuat. *Quapropter exite è medio eorum, & separemini, dicit Dominus Omnipotens*. Salomon hujus divinæ instructionis compendium exemplare expressit. Eccl. 5. 1. *observa pedes ait tuos, cum adis domum ipsam Dei*, quibus admonet. I. De sollicita reverentia Dei, in ingressu nostro, in templum locum sacri conventus. II. De gestu nostro, qualiter ibi nos manere debeamus, *paratus ait ad audiendum potius quam ad dandum stolidorum Sacrificium, nam hi non advertunt se facere malum*; quibus, cautionem dat, de *Principali anima & regulamento peculiari cultus publici*.

V. Quod admonitionem attinet, in ea illustrabimus. A. *Locum, Domum Dei*. B. *officium eorum qui eo conveniunt. Domus Dei*, est Locus cultui divino præstando segregatus, atque ita locus ille habet peculiarem ad Deum respectum, ut exinde fiat sacer & sanctus, non tantum tunc, cum Ecclesia in eo loco Sacra peragit, uti quidam erroneè judicant, sed tam *diu & semper*, donec tali usui sacro consecratus est, nempe, *secundum naturam rerum semel Deo dedicatarum*, quarum



quarum sanctitas durante ea relatione divina, perpetua est; prout *Jehova* locum *Berbel*, quem *Jacob* Gen. 28. 17-22. in *domum Dei* voverat & tum consecraverat, etiam post annos 22. quamvis elapso tot annorum intervallo nemo ibi Deo sacra fecisset, tamen *Jehova* suam esse vocat. Gen. 31. 13. & 35. 1. domum, ibique velle ut *Sacrificium* suum *Eucharisticum* perficeret; *Sacrificia* enim *Patriarcharum* nulla fuisse *Hilastica*, sed *Pacificia*, ex Job. 1. 5. vox עֹלֹת evincit; *Hilastica* quippe in deserto, post vituli constationem, instituta esse, Jer. 7. 22. liquidissimum est; sic *Arca Dei*, 1. Sam. 6. 1. *capta à Philisteis* licet 5. mensibus apud Philisteos staret, tamen *arca Dei* vocatur etiam cum inter gentes esset; sic, *Israel* hodie etiam *Populus Dei* vocatur, etsi jam. 17. seculis sine Deo esset *Federato marito* suo. Hof. 1. 4-12. 3. 5. Rom. 11. 23. 28. Deut. 32. 42. ita *Templum pridem desolatam*, jam per 70. annos, tamen *Domus Dei*; ubi *nomen Dei habitaret* vocatur. 2. Chron. 8. 11. Esdr. 6. 3. 5. 12. Dan. 5. 22. conf. c. 7. 15. 16. quo collineat dum v. 3. dicitur *domus Dei intrus*.

VI. Talia loca, exercitio religionis, à parte sigillatim erigere, naturæ rationalis instinctus urget, unde talis locus religiosus inde à principio mundi, à Deo ipso approbatus fuit; mos certo ille cum erectione *Tabernaculi Moysi* non incepit, sed ab exordio *Sacrificiorum*. Gen. 4. 3. 4. Verbum enim אָבִיב & adduxit, non offerendi solum modum, sed & *Sacerdotem*, præter Cain & Abel, qui *Adamo* ætate major eminentiorque esse non poterat, denique & locum aliquem publicum, sacris illis peragendis dedicatum extitisse diserte innuit, si textus idem cum Levit. 1. 3. & 2. 1. consideretur, tum & phrasis. Gen. 4. 14. 16. *expulso Caini à facie Jehove*, quæ *Facies Domini*, locum præsentis & cultus divini innuit. 1. Chr. 16. 29. Psal. 42. 3. 6. 1. Sam. 26. 19. verum etiam *Sethi cultus divinus* idem probat: ideo legitur de *Noe*, quod statim atque ex *arca* egressus fuit, *altare adificavit Jehove*. Gen. 8. 20. & *Patriarchæ Abrahæ, Isaac, Jacob*, ubicunque *Tentoria* figerent, illi cò & *altaria* statuisse leguntur, sine ulla præcedenti divina institutione oraculi. *Jacob* signanter vovit locum erecturum



pro cultu Dei, sub titulo *Domus Dei*. Gen. 28. 19-22. quoniam ibi memoriale Jehovæ fuisse diferte dicitur. Hof. 12. 5. Quo respectu etiam Anglus Commentator, vocem *sulam* non *scalam* (ut vulgo inepte) vertit, sed *Palatium Dei Amphitheatricum* dicit, quo collineatur. Apoc. 3. 12. Esa. 6. 2. & Pf. 104. 2. *unius Literæ* anagrammatismo, *sebin*, cum *sin*, *grammaticâ Spiritus S. Sapientia*, prout ibidem, in verbis *moreb & noteb* episcrifin ad illustrandum Palatium Dei eleganter exercet, Particula enim *hy* hic non *supra* sed *juxta* significat. Jer. 35. 9. Dan. 12. 67. Apoc. 4. 5. *ichnographiam* itaque *Domus Dei* illius, vidit quam *vovit Jacob Deo* quæ tradita quoque *Davidi à Deo* 1. Chron. 28. 11-19. Pf. 132. 5. 6. adeo ut ipse *Jacob* interpretatur quod ea esset *Domus Dei*, eaque ratione *Angelos* ibi excubasse, quia *Domus Aulica Dei* esset v. 16. 17.

VII. Immo *Moses*, ipse Exod. 33. 7. antequam *Arca Tabernaculum* iustum esset à Deo, jam erexerat extra *Castra Tentorium*, ut qui vellet *querere Jehovam*, eo conveniret, ubi etiam consistebat *Moses* antea *coram Jehova*. Exod. 32. 26. 27. ubi consultus *Jehova*, mox iussit ex eodem loco egredi *Levitas*, dum prius se consecrassent ad officia & *vindictam Dei* de idolatris fumendam: sed & creditum Antiquis fuit, territorium omne in quo à parte, locus cultui divino devotus non fuisset *prophanum & pollutum* esse, quod evidens est. Jos. 22. 23-27. quod si ait *Phineas*, *immunda* videtur *terra vestra* possessionis, *transite in terram*, in qua *habitat Tentorium Jehovæ &c.* Gentibus certo *publica religionis* loca fuisse constat. *Homerus*, *Antrum sacerum Ithacense*, & *editissimis montibus Jovi* hostias immolasse, refert. Omnino Jud. 6. 24. fuisse *altaria solius gratitudinis* causa erecta, patet; ast vota facere 1. Reg. 8. 18. Jon. 1. 16. Hab. 1. 16. & *gratum* esse, *natura docet*, Esa. 1. 3. Matth. 5. 47. *nonne* ait & *Gentiles sic faciunt*: quin & *feras ipsas*, *virtute gratitudinis* tangi videas apud *Gellium* ex *Leonis & Androdi* historia. Lib. 5. c. 14. & *Elpidis Samii* apud *Plinium*. L. 8. 16. refert *Strabo* L. 17. 19. *Ethiopes & Chineses* *Templa augustissima* in cultum *benefactorum* olim erecta: & *Cicero* de *Officiis*. I. docet, ex *Beneficiorum* obligationem ad *gratitudinis cultum*.



VIII. Quæ vero *Proprietas & Conditio* fuerit talis loci Deo consecrati, ipse Deus, Exod. 20. 24. exposuit, *non facietis cum ipso, Deos aureos, sed edificabitis ipsi altare & ibi offeretis sacrificia vestra, in omni loco ubi memoriale nominis mei erit, ego conveniam & benedicam tibi;* quibus verbis describitur, *Cultus divini locus*, quod ibi sit *recordatio nominis Jehova*, & Deus quoque *recordatus sui nominis*, eo loco *conveniet & benedicat eis*: de his utrisque igitur inquirendum nobis jam amplius erit, scilicet in genere, *recordatio fit nominis Dei in loco*, ubi, super quem, nomen Dei invocatum est, seu quod de nomine ejus vocatur, ut *Sacra S.* loquitur, tunc, quando locus iste dedicatus est *Cultui Dei*; at *specialius* adhuc quid intenditur, nimirum, *Monumentum seu Memoriale Nominis Dei, Symbolum aut Signum*, per quod Deus testificatur suum *Federale commercium* cum hominibus; His ita positis, quamvis *Arca* dicta fuit, *Arca Federis & Testimonii*, in qua erant duæ *Tabule*. Hebr. 9. 4. id est *Liber* vel *Articuli Federis*, & *Manna, Panis Federis*, talia *Sym-bola* habebantur *Divine presentie* in suo Populo, sed in *Textu* Exod. 20. ea *arca* nulla ratione potest intelligi, quia cum hæc à Deo dicta essent, tunc *nulla arca* extabat, neque *hætenus* de ea *fabricanda* præceptum fuit; igitur *Memoriale Dei* erat, id, per quod *Dei commercium fæderale* hominibus testatum esset, qualia *memorialia* fuere *Sacrificia*, de quibus immediate, eodem versu sermo erat, & *Sedes Sacrificiorum, Altare*, ibi collocatum; hic enim hætenus *unicus ritus commemorationis & monumenti* fuit, per quod *nominis recordatio, & Federis respicatio* Symbolica fiebat, qui ritus confirmabat *ipsis Promissa Dei*, & erant *Testimonia* suæ *pax memoria*, de auditis à Jehova suis *Promissionibus*, & *respiciatione* sua per *vota spontanea* Deo facta; cujus *Promissionis* utrinque Deus *Jacobum* admonuit. Gen. 35. 1. *jussitque ex suo ipsius Jacobi* instituto *altare* isthic erigere, ut quasi Deus fecisset in *votis Patrum altarium*, naturæ instinctum, *gratia & Fidei* obsequio ancillari, prout in *iride*. Gen. 9. factum est, velut pleraque *naturæ opera*, loquela, cibus, potus. &c. in *opera Fidei* evadunt. 2. Cor. 4. 13. 1. Cor. 6. 20. & 11. 26. 28. & 10. 31. quo respectu sapius  
sacrifi-



*sacrificium combustum super altari, cibus & memoriale Dei dictum fuit. Lev. 2. 5. 6. & 24. Esa. 66. 3. Hof. 12. 5.*

*IX. Quæris autem, quid hæc ad Novi T. æconomiam Resp. immo verò plurimum. Etenim, nonne Christus D. Eucharistia Sacramentum in memoriam nominis sui ordinavit. Luc. 22. 19. i. Cor. 11. 24. nonne Christus D. in eo S. præsens est, tanquam Jehova sedebat super Propitiatorum. Psal. 80. 1. nonne itaque locus memorialis ejus sub statu Evangelii N. T. eodem Sanctitatis Symbolo excellit, quo, Locus memorialis nominis Jehove sub V. T. & licet hodie non amplius obligamur, tantum ad unum locum sacrum prouti in V. T. & Deus fidelium preces ubicunque fuderint, exaudiat. i. Tim. 2. 8. attamen nec hodie debet esse talis locus promiscuus, & vulgaris, sed à parte hoc sine segregatus: Summa rei, omnia illa memorialia Sacra Templi V. T. comprehensa sunt modo excellentiori. (Matth. 12. 42.) in hoc uno monumento sacro Novi T. Ecclesiæ: Nimirum, sacrificia, panis facierum Jehove, Arca F. aureum altare & Thuribulum; Omnibus his Christi D. Corpus & Sanguis in Eucharistia Ecclesiæ, N. T. æquivalent, juxta Apostoli doctrinam. Rom. 3. 25. 26. Heb. 9. & 10. & 13. 8. 20. Apoc. 8. 3. Col. 1. 14-19. 2: 2. 9. Eph. 1. 3. 14. 23. 2: 7.*

*X. Objectio. Hoc memoriale Novi T. non est actu semper præsens in Templis Ecclesiæ. N. T. sicuti illa præsentia erant constanter in Templo V. T. Resp. sufficit ibi consuetum esse convenire Christum D. Matth. 18. 20. Quemadmodum Thronus Regni, non deperdit relationem Majestatis Throni, ideo quod Rex non continuo in eo resideat: præterea consideret quivis quod Arca F. non fuit Hierosolymis tunc, quando Daniel apertis Fenestris versus illam adoravit. Dan. 6. 10. juxta statutum Dei. i. Reg. 8. 48. imo monumenta sacra, pleraque talia non erant in loco illo tempore Zerubabelis, tamen is locus ita celebratus fuit, ac si illa omnia præsentia spectata fuissent. Hag. 2. 7-9. Esd. 3. 12. Luc. 17. 14. Matth. 12. 42., sic Filia Pharaonis, in domo Davidis fas habitare non datum, quia 2. Chron. 8. 23. sancta sunt ista ait Salomon in qua ingressa erat Arca Jehove.*



XI. Ast regeritur. *Omnia illa Symbola Præsentie Dei, in V. T. à Deo fuisse mandata, sed in N. T. mandatum tale non legitur. & 1. Tim. 2. 8. in omni loco jubetur orare Christianus. Resp. id de privata oratione dixit Apostolus, non de Publica: Denique in istis quibus non legitur in Novo T. novas regulas datas esse, tum debemus referre talia in N. T. mandata esse, juxta analogiam V. T. Symbolorum, veluti Apostolus argumentatur, ex tali analogia ad salaria ordinaria ministrorum N. T. Ecclesiæ. 1. Cor. 9. 13. 14. Cum ergo hic argumentum procedit, tum ibi etiam procedere concludimus; ita praxis Ecclesiæ N. T. in baptizandis infantibus, Christo D. insinuante derivata est ab analogia circumcisionis: Perinde Præceptum Sanctificationis diei Dominice, primi in hebdomada diei. 1. Cor. 16. 1. derivata est ab analogia cultus Sabbathi diei per transpositionem Periodi Sacri septenarii. Psal. 118. 24. Esa. 58. 13. 14. Heb. 7. 12. His consentit Hieronymus in Ep. ad Evagrium. ut sciamus ait ordinationes Apostolicas, sumptas ex V. T. &c. nempe finis adventus Christi D. in mundum non fuit proprie novas (præter unam. Joh. 13. 34.) leges hominibus dare, sed olim datas, adimplere, & per suum nomen, Evangelium Reconciliationis publicare, quo respectu fit, ut nullibi in Novo T. inveniatur stylus, à forma Legem decernendi petitus, sed ea quæ referuntur, occasionaliter succenturiata producantur, quasi per viam interpretationis, probationis, exhortationis, applicationis, & non per leges instituendi aut regendi; ex quibus liquet, quod V. T. æconomia non erat Regula simpliciter in casibus præspecificatis, sed tantum Analogia ejusdem, id est hoc Regulamentum factum est, secundum proportionem, qualem, discrimen mutuum V. T. æconomie, permittebat, & non amplius. Particularis enim applicatio, & limitatio, in qua analogia consisteret, judicio & prudentiæ Ecclesiæ S. commissa est. Act. 15. 28. Visum est nobis & Spiritui S. ait. conf. 1. Cor. 5. 3-5. 2. Cor. 4. 13. quod Consilium etiam Clemens Apostolorum Cætaneus, cujus nomen S. Paulus, vidit dum raptus erat in Paradisum, scriptum in Libro vitæ. Phil. 4. 3. in Epistola ad Corintios. Omnia ait illa officia, quæ Dominus nobis præcepit perficienda, debemus loco & die & per quem ille*



vult ea exsequi, ut ipse definit juxta supremam suam voluntatem, aut ubi hæc ordinata in N. T. occurrunt à Domino nisi in analogia V. T.

XII. Promissionem Moses allegat his verbis. *Ibi conveniam te, & benedicam tibi in loco ubi memoriale Jehove erit.* Ibidem aut speciali modo suam præsentiam manifestat per benedictionem inibi convenientes effusam, ubi *præsentia Glorie ejus residet*; quo sensu *Tabernaculum Jehove* dictum fuit *Tabernaculum Conventus*, nempe *Jehova*, non hominum respectu, prouti ipse Deus vim *notationis* expressit in tribus textibus Sacræ S. V. T. Exod. 29. 42. & 30. 36. Num. 17. 4. æque ac in tribus locis, S. S. ad hunc *conventum Christi D. in Templis N. T.* protestatione sua provocat *Apostolus*. 2. Thes. 2. 1. Heb. 10. 25. 1. Cor. 5. 4. quomodo vero Deus dicitur convenire fideles, in uno potius loco, quam alio, nunc illustrandum incumbit. Quoniam Deus ubique præsens est, *Cælum Thronum & Terra scabellum pedum ejus*. 66. 1. & licet in Sacris S. sæpe legitur de *Schechinna*, speciali Majestatis gloriæ ejus præsentia, & ore plerique versent hanc phrasin, sed quid sit, & in quo ratio ejus consistit rarius recte considerant: Cum loquuntur de *Ecclesiis, Templis*, contenti sunt dicere, quod ibi sit *singularis Dei præsentia*, in *Evangelii prædicatione & Sacramentorum administratione* horis definitis, aut etsi id verat, quod *Divina Majestas ibi specialiter præsens est*, ubi *Sacramenta & sermo Dei administratur*, tamen non debet *singularis ejus Præsentia à Verbo & Sacramentis* deduci, verum à *diversa ejus relatione*, quod ex *textu Exodi* liquet, ubi de *Memoriali Dei nominis & ejus accessu & conventu*, velut de *duobus punctis* distincte loquitur, quod adhuc amplius evincetur, ex *Collatione eorum Textuum* ubi *Jehova* dicitur *specialem præsentiam* habere, quamvis ibi non erat *recordatio verbi gratia & Sacramentorum*, e. gr. ad *Mosen in Palmeto*. Exod. 3. 3. & ad *Jacobum in Berthele*, Gen. 28. 16. & in *Sinai*. Exod. 19. 18. certe *Jacob*, qui *Ubiquitatem Dei*, cum *Jeremia*. Jer. 23. 24. sanctè credebat; in *Berthele* tamen nesciverat Deum esse præsentem, nempe, tam *speciali præsentia Majestate*: igitur *solida & vera ratio hujus specialis*



specialis Divinæ Præsentia, in eo quæri & definiri debet, quod omnibus illis locis conveniat, etenim nos locis sacris non tribuere Sanctitatem essentialem, sed relativam à Præsentia Dei.

XIII. Scilicet, *Specificatio Divinæ Præsentia*, qua Deus potius est in uno, quam alio loco, consistit in ejus *Familia & Aulico Comitatu*, sicut *Rex* ibi est, ubi ejus *Ministri & Aula* est, sic *Jehova* *Trebaorb* ibi specialiter præfens est, ubi *Cæleste* ejus *Prætorianum Satellitium*, *Ministri Status*, *Angeli benedicti* cælestis aulæ adsunt. Dan. 7. 10. Apoc. 5. 11. Psal. 103. 20. 21. quam assertionem nostram Sacra S. convenientem esse patet. I. ex argumentativa collectione Jacobi, quam concludit ex visione ipsi *Berbele* facta, ubi intuitus *Amphibearrum* à Cælo ad terram usque protensum, & Angelos juxta id susque deque gradientes, exclamat, *certe Jehova est in hoc loco, & ego id ignoravi. O! quam terribilis locus iste, non alius, quam domus Dei, porta, (Aula Cæli, verto respectu moris Orientalium, qui hodie etiam, Residentiam Turcarum Imperatoris, Portam Ottomanicam vocant) patet. II. ex interpretativa expressione, usitata in V. T. de descensu Jehovæ in monte Sinai ad Legislationem, ubi etiam specificatio Præsentia Divinæ Majestatis consistit in Satellitio Angelorum, ita enim S. Stephanus Act. 7. 55. ait vos legem accepistis per dispositiones exercituum Angelorum, qui quasi Prætorianæ cohortes attendebant rebus gestis Tribunalis Legislatoris, & excubabant Throno Universi Orbis Judicis, quam Angelorum Cohortem. Habac. 3. 3. 4. vocat Spiritus S. Cornua ejus ad latus ejus, sub allegoria acierum militarium cornuum: S. Paulus ejus rei his meminit. Gal. 3. 19. Lex ordinata per Angelos ad manus mediatoris. Hebr. 2. 2. Legem vocat sermonem dictum per Angelos, quamvis in Historia S. apud *Mosen*, Angelorum mentio non observetur, nisi quod Jehova descendit super montem in igne voce tubæ, Heb. 12. 18. 19. Exod. 19. 16. vox enim Διαταγῆς & Διαταγῆς, Prophetis (quos Celeberr. Interpretes Jacob. Alting. Angelorum Nomine indigitari velit) minimè convenire videtur, si per ordinationem & imperium explicetur, quo sensu neque Angelis celestibus tribui potest; verum si vo-*



ces istæ, ut sonant & significant, per *militarem exercituum angelorum* vertantur dispositionem. Act. 7. 58. & 38. Et Lex juxta manum vel in manu (perinde est) mediatoris, qui *mediator dispositus fuit juxta Angelos per lineas acierum dispositos*. Psal. 68. 18. & 34. 2. voces enim illæ sunt *Tactica militares*, atque ita his textibus collineat phrasis. Esa. 6. 2. 44: 26. *Vindicem Israël cum Concilio Angelorum* repræsentans. Matth. 24. 31. 1 Cor. 15. 52. 1. Thess. 4. 16. quo sensu istius phrasis evictò, cernere est ruinam illius magni *Dominii Angelorum*, supra Ecclesiam V. T. quod Beatissimus. I. Coccejus, ex Hebr. 2: 2. instaurasse nifus est, si quidem expressio S. Stephani & Pauli hæc processit, ex hypothesi, quod specialis Præsentia Divinæ Majestatis, ubicunque esset, fulgebat in *castris caelestium Angelorum*: ea ratione *illustres apparitiones Dei Majestatis* in S. Sacris describuntur per *comitatum Exercituum Angelorum*. Esa. 6. 1-3. Dan. 7. 10. Deut. 33. 2. Psal. 68. 18. Luc. 2. 13. 68. 18. Luc. 2. 13. Apoc. 18. 1. Christus D. quando dicitur, *venire cum Gloria Patris sui* exponitur, cum *exercitu angelorum*. Matth. 16. 27. & 24: 30. 31. Marc. 8. 38. Judæ v. 14. 1. Thess. 1. 9. 19.

XIV. Hoc modo igitur Præsentia specialis Divinæ Majestatis, in loco memorialis nominis ejus concipienda, tum in *Templo V. T. E.* tum in *Oratoriis sacris Christianorum* sub Evangelio: nempe, quod *Cælestes militiæ* ibi excubant & observant ordinariè *Comitia Regni Cælorum*, Ecclesiæ N. T. velut in *Aula Heri* sui, secundum *Symbolicam Visionem*. Esa. 6. 1. Ezech. 1. & 8. 4. & 10: 1-4. quod *Gloria ejus Templum implet*. Joh. 12. 41. i. e. Angeli Seraphim Stipatores ejus. 2 Reg. 6. 17. ad quam *Satellitii Gloriam* collineat Christus D. Matth. 26. 53. *sistat mihi duodecim Legiones Angelorum*, præter eos qui stipabant in præsentiarum. Joh. 1. 52. Matth. 4. 11. quæ Legiones Angelorum tunc in templo Hieros. adhuc dum velut in *Aula Dei Regia præsidium* agebant, quos opponit ut suos servos, servis Templi Pontificum. Joh. 18. 36. ad quos angelos in *Templo* tum excubantes Satan etiam intendebat, cum in *Alam Templi* Christum D. statuisset, & sollicitasset ut se proolveret in terram. Matth. 4. 5. 6. *quia ait Angelis suis in hoc Templo*



Templo excubantibus mandabit de Te, ut brachiis excipiant, ne impingas, ex Psalmo 91. 11. 12. affecurationem producens, quos Angelos, v. 1. 4. *Absconditum & Umbram Altissimi & Alas Omnipotentis nominat.* Psal. 18. 11. 68: 18. 104: 3. 4. Quæ etiam est ratio cur Christus D. Satanæ non retorqueat, *verba Promissionis illico.* v. 13. *subnexa, calcabis Serpentem & Draconem,* cum tamen nexus Tentatoris actus id quasi requirebat ut replicaret: *scriptum est calcabis serpentem;* & Satanam illa responso magis fortean ferisset; ast Christus D. alio dicto refellit. Deut. 6: 16. *non tentabis Deum tuum:* nempe, quia C. D. nondum caput serpentis contriverat, unica sua oblatione nondum consummata. Hebr. 10. 10, atque ita Angelis Templum sacrificiorum cultum adhuc ibi observantibus, vel tantillum deserere nondum licuerit, inde, capite serpentis illius *Tentatoris per crucem contrito.* Col. 2. 14. Hebr. 2. 15, vox illa *Angelorum* paulo ante destructionem in Templo audita, *migremus hinc* (serio hic sane considerari meretur, quod, hunc Psalmum *Satan,* de sui capitis contritione per Christum, loquentem citasse solum in Sacris S. memoretur, Christoque D. opposuisse; & quod, quanto pudori sit *Christiano* cuius *Librum Psalmorum,* memoria non tenere, siquidem Satan, præ reliquis Sacris S. illius studio inhæreat.) Atque,

XV. Hoc sensu *Rex Agrippa* urgebat in sua declamatione *Judeos* paulo ante *fatale* eorum *excidium,* qua dehortabatur, in conspectu Templi eos allocutus, a Rebellionem contra Romanos. *Ego ait in Testimonium* voco *hodie sacrum vestrum Templum & Sanctos Dei Angelos ibi excubantes.* Jos. de B. I. L. 2. c. 16. confer S. Pauli *Paraclesin* ad *Timotheum.* Cap. 3. 15. *ut scias quomodo versandum sit in domo Dei Ecclesia Dei Viventis.* c. 5. 21. *obtestor te in conspectu Dei,* & *D. nostri J. C. & electorum Angelorum,* qui electi, id est *sequestrati & dispositi* sunt ad excubias in Templo, domo Dei agendas 1. Cor. 11. 10. Eph. 3. 10, ut vox *electorum* hic idem est ac *Sanctorum Angelorum,* id est *segregatorum* ad hoc præsidium Ecclesie. Marc. 8. 38. Luc. 9. 26. 1. Thes. 3. 13. Deut. 33. 2. Judæ v. 14. adeoque ex illo textu, qui *electionem & reprobationem angelorum,* extorquent, infulse



faciunt: huc respexerunt LXX. & vulg. V. Pſal. 138. 2. Ἐν ἄντιων ἀνγέλων. In conſpectu Angelorum pſallam tibi, adoro ad S. Templum tuum, & confitebor Nominis Tui ibi memoriali, eo ſenſu intelligit Eccleſiaſtes. cap. 5. 6. ne dicito coram angelo, id ex errore obreſcit. Vox enim Angeli ſapius in Sacris S. collective ſumitur. Pſal. 34. 8. 35: 6. Luc. 2. 13. Gen. 23. 1. 2. huc mentes Judeorum erigere voluit. Spiritus S. cum in Templo Salamón Parietibus, Janiis & Cortinis Cherubinos depiſtos juſſit, iisque Propitiatorium protegere. Exod. 26. 36. 37. 1. Reg. 6. 29. 35, qui Angeli dicuntur. NB. Cherubim Glorix. Hebr. 9. 5, id eſt divinæ Majeſtatis præſentiæ, de quibus monet Apoſtoloſ, notanter, nunc dicendum ex parte, non eſſe ſibi inſtitutum, nempe de Myſterio Angelorum etiam Templis Novi T. quia inferius cap. 12. 22, de eo loquendi, methodus rei tractandæ poſtulat. Id expreſſit Salomon Eccleſiam N. T. vocans Societatem Machanaim, duobus exercitibus conſtantiem, uno caeleſti angelorum. Gen. 32. 2. altero terreſtri Eccleſia militanti. Cant. 6. 7. 10. Hebr. 12. 22. 23. prout nempe. Hebr. 1. 6, cum introduxit Pater Primogenitum in οὐρανὸν dixit, adorate eum Angeli omnes, eodem modo atque in jactis hujus primis fundamentis, Job. 38. 7. omnes pſallebant, ſic in executione Redemptionis hujus οὐρανὸν, omnes Angeli, (qui, Luc. 2. 13. illa multitudo dicitur) Eccleſiæ militanti concinnebant, & hodie dum concinnunt. Apoc. 5. 11-14. & 15: 2-4, quo collineant phraſes. Pſal. 84. 8. eunt de Turma ad Turmam conſpectam ante Deum in Sion, לְהַלְלֵה עִנִּים Turmam, ex una parte Angelorum ſignificare, in exercitum ordinatam liquet. 2. Reg. 6. 5. & 7: 6. Pſal. 110. 3. quæ omnia evincunt, quod ubicunque Sacrum memoriale nominis Dei eſſet, i. e. inſignia Divinæ cum hominibus confederationis, ibi Sanctiſſimi Spiritus angelici, ut Antici ſatellites Dei eſſent: neque hic ſilentio præteriri debet, Judeorum hodiernorum opinio, de ſuis Synagogis, quod Angeli ſancti frequentant eorum conventus, & una cum illis Deum celebrant, & ſinguli Judei in Sabbatho, è ſynagogis à duobus angelis domum deducantur, licet, hodie tale memoriale nominis Dei, in conventibus non habeant, niſi tantum imitabile, nempe, Ciſſam, cum

Volumine



*Volumine Legis, loco antiquæ Arca F. hinc sic loquitur Seder Tephillorb. Forma precum eorum, O! Domine Deus noster, Angeli superna militia accede Populo tuosraeli in his terris &c. & simul Trisagium. Esa. 6. 3. subnectitur: Huc etiam intendisse Rabinos, cum dicerent, ignis sacrificii fuit scala Angelorum, per quem ascendunt & descendunt. Baalhaturim. Jud. 13. 20. & quod Angeli tunc Templo excesserunt cum Lev. 16. Pontifex in S. S. expiabat. conf. Luc. 1. 10. ut nequicquam Angelos ad expianda peccata contulisse innueretur. Esa. 63. 3. Deut. 32. 12. Esa. 43. 25. & 50. 8. huc collineat Proverbium illud Turcarum, ne aperias fenestras ante arcum Angelorum, q. d. ne detegas vultum tuum in conspectu Sanctorum A.*

*XVI. Objectio. Talis Angelorum Præsentia in Templo V. T. forte adfuit, nisi talis vigilia exercitus celestis sub Evangelio in Templis nequitiam observatur. Resp. Ecurr non. An memoriale F. Gratiæ, ejus insignia Symbola in statu Ev. minus digna sunt excubiis Angelorum? An exempli sunt Angeli, ministerio corporis Christi D. Myfici. 1. Cor. 12. 12. & humane nature Jesu Christi cum tamen ipse sit factus angelorum caput & Rex. Eph. 1. 21. 3. 9. 10. 1. Tim. 5. 21. Col. 1. 16-20. Hebr. 1. 5. 6. An Christus D. hodie in Ecclesia adesse. Matth. 18. 20, & Filius hominis esse desit. Matth. 16. 20. quo respectu tamen indefinenter angeli ad ipsum convenire tenentur, Joh. 1. 52, qui in Exordio sui adventus in carne illum convenerant, Luc. 2. 13. hinc demonstrat Apostolus. 1. Cor. 11. 10. Velum ferre debent mulieres in Ecclesia super capite, propter Angelos, nempe præsentis, secus argumentum vacillaret; Cur enim potius in Templis se velare debent, quam in alio quocunque loco, nisi Angelorum specialis præsentia & vigilia in Templis Ecclesiæ adesset, tanquam Inspectorum Dei inter Fideles. Ideo Apostolus vocat Angelos λειτουργικά πνεύματα, Hebr. 1. 14. esse missos ad διακονίαν hæredum salutis, tunc, cum Liturgiam sacram peragerent in Ecclesiis suis, quasi Diaconi observatores Cultus Divini Tenoris in Cætu sacro: quo collineare dicit insignis interpret Angulus. I. Medus phrasin. Apoc. 1. 4. 5. à Spiritibus 7. qui sunt in conspectu Dei, oculi agni 7. Commissarii Liturgiæ sanctæ; huc refert*



refert *Clemens Rom. Ep. ad Cor. locum Deut. 32. 8. juxta LXX. Versionem, disposuit Fines terminorum gentium, κατ' ἀγγέλων. Dei.*

*XVII. Et omnino Patres Antiqui, non minorem reverentiam requirebant in Templis Christianorum, quam Judei in Templo V. T. quod liquidum est ex Chrysostomo. Hom. 36. in I. Cor. cum reprehenderet auditorum indecoros in Templo gestus, cum invicem colloquerentur, & tecto capite sederent, & complementis se mutuo occuparent, non Torrinea ait, neque unguentaria officina, neque ulla alia opificum Taberna est Ecclesia, sed locus Angelorum, Archangeli, Regia Dei, ipsum Cælum. in Hom. 4. cogita apud quem proximè stas quibuscum invocas Deum, scilicet cum Cherubim, & omnibus Cæli virtutibus exercitibus, animadvertente quos habes socios: Et Hom. 15. in Epist. ad Heb. de illis qui riderent in Templis. Regiam ait quidem ingrediens, & habitu & aspectu & incessu te componis; Hic autem vere est Regia, & hic plane talia, qualia cælestia, & tu rides, atque scio quidem, quod tu non vides, audi verò quod ubique adsunt angeli, assistunt Regi suo, & sunt impleta omnia incorporeis illis Potestatibus. D. Augustinus agnoscit hæc ita esse, cum in Luc. 1. ita exclamat, non dubites assistere Angelos ubi Christus D. assistit, & in Ecclesia administratur, illi psallunt Deo, & tu stertis. vide Tertullianum Lib. de Or. c. 12. Quæ omnia eo fusius adduxi, ut possim persuadere, profanos Christianorum in Templis gestus, actus, sanctis angelis, Deo, fastidium, nauseam, (ut olim Israël Psal. 95. 10.) & iudicium creare detestandum; ut morum in sacro cætu corruptelas, ad præceptorum honestatem, retrahere, & Disciplinam Primitivæ Ecclesiæ, postquam ea naufragium perpeffa est temporibus dissolutis imponere, pio nisu contenderem revocando vetera instituta Christianorum, quæ jam iniectis pridem ingeniis, ludibrio sunt: Ex his itaque Christianus Cælestis Aula generationis Candidatus, satis perspicere potest, quanta esse debet prerogativa, Dignitas Domus Dei Templi hodie quoque: qui hæc vera esse credit, nonne lata exclamatione admirabitur (cum Jacobo, angelos descendentes ad Bethel, Domum Dei) Templum ingressus! O! quam reverenda sunt hæc loca;*



*loca*; cum Davide: *quam desiderabilia Tabernacula tua Jehova Zebaorb.* Pſal. 84. 1. quam itaque Deo decenter, quam reverenter, cum ſancto tremore, filiali tamen *Parreſia*, nos in Templo componere debeamus. Hebr. 4. 16. & 12. 28. 2. Pet. 3. 14. Marc. 5. 33. Rom. 11. 26. nunc nobis demonſtranda officia eorum, qui in Templum, Deum adoraturi, conventuri ſint.

XVIII. *Officia fidelium in Eccleſiam congregatorum,* phraſi ſymbolica, ita Eccleſiaſtes expreſſit. Eccl. 5. 1. *obſerva pedes tuos, cum adis Domum Dei,* ubi verbum יריך tum motum ad locum tum motum in loco tum motum à loco intimare, li- quido docent admonitionis verba in ſeq. v. 2. *ne acceleres ore tuo, & animus tuus ne ſeſtinet cuiquam proferre coram Deo.* v. 6. *neque dicas coram angelo, errorem eſſe, nempe his, qualiter parati eſſe debemus, & ingreſſuri Tempa Dei, & ibidem ſacris vacaturi, & finito cultu ad privatas ædes & occupationes re- verſuri,* inſtructos nos vult Spiritus S. id docent interpretes qui phraſim, *obſerva pedes tuos,* reducunt vel ad diverbium illud, *illotis pedibus.* vel ad mores *diſcalceatorum Orientalium* in Sa- cris, de quo juſſerat Deus ad Moſen Exod. 3. 5. & Joſuam. Joſ. 1. 15. *Pedum enim lotio* à Patriarchis longe ante Moſen uſurpata. Gen. 18. 4. & 24. 32, inde à principio *Lapſus;* ut dein ſymbolica fuerit, *ſanctificationis & viſtorie fidelium,* (ex col- laterali pœna ſerpentis. Gen. 3. 14. *cibi pulveris*) *obſignatio.* Eſa. 49. 23. & 65. 25. Malach. 72. 9. Mich. 7. 17. quod pulvis pe- dibus Sanctorum, propter quem, calcaneum eorum Satan appetit, demum diluendus erit: Chriſtus D. hoc ipſum diſerte *lotione pedum Diſcipulorum.* Joh. 13. 5-12. & mandato quò inſtruxit. Matth. 10. 14. expreſſit: unde *Symbolum Lotionis pedum.* 1. Tim. 5. 10, in Eccleſia primitiva, *communione fidelium emblema* fuit, huic Myſterio pedis collineat *Proteſtatio Jacobi.* Gen. 30. 30. *benedixit tibi Jehova ad pedes meos,* benedictio Ju- da. Gen. 49. 10. non recedet ſceptrum à Juda, neque מרומ ex interpedes ejus, מרומ ad placitum ſtatutum Pſal. 2. 7. *Fili;* Et pedes calceati *Filia ingenuæ.* Cant. 7. 1. à Patriarchis, Gen- tium Doctores, derivarunt ad ſua ſacra, illa ſymbola, *Pita- goras.* apud Iamb. Protr. 21. ἀνυποδήτους θύει ἢ ποσάκουει, Con- ſentien-



sentientem habemus *Justinum M.* in 2. *Apol.* ubi monet illis qui intrabant *Templa Gentium*, à *Sacerdotibus* mandatum fuit ἀπολύσαι, *exue calceos*, quem morem *Dii gentium* à *Deo* hauserunt dicente ad *Mosen*, *exue sandalia*, quia locus in quo stas, sacer est, qua ratione, etiam hodie apud plerosque *Orientales* piaculum esse, calceato pede templorum pavimenta calasse, hæc nudipedalia sacra.

XIX. Hunc morem ab antiquo *Judeis* in usu fuisse *Maimonides* in *Beth Habbechira*. C. 7. & R. fal. *Lev.* 19. 30. extra dubium ponit, quem morem ex radicata *Patrum* traditione proflixisse in *Synagogis* in Occidente ait *Buxtorf.* *Syn. I.* L. 5. c. 5. de ferro immurato ante fores S. eorum. Sed vero altius repetendum est, istius *Symboli* denudationis pedum in cultu sacro, & ceremoniæ phrasis, attende pedibus tuis, nempe, *Spiritus S.* in institutione ejus respexit, & in perpetuam recordationem ponere voluit, *mysterii Promissionis Primæ Federis Gratiæ Systema & Cynosuram.* *Gen.* 3. 15. *Inimicitiam* ponam inter te & mulierem inter semen tuum & hujus, hoc conteret tibi caput & tu mordebis ejus. NB. calcaneum, quibus verbis, summa omnis machinamenti *Satanæ* contra *Semen Ecclesiæ*, & *victoria* hujus super *Satanam*, emblemate pedum adumbratur, *Apoc.* 12. *Pfal.* 18. 3. 4-37. 41. & 47: 4. & 60: 10. & 68: 24. *Rom.* 16. 20. hinc verbo ambulavit totius *Fidei Systema*, *Spiritus S.* expressit. *Gen.* 5. 22-24. *Dent.* 5. 36. 1. *Reg.* 14. 8. *Gal.* 2. 14. *Eph.* 6. 15. inde dicitur, *Jacob*, *Gen.* 25. 26. manibus apprehendit calcaneum propter *Esaum*, ex quo gestu, nomen & *Esaui* & *Jacobo*, inditum, propter *victoriam Jacobi*, ut seminis *Promissionis*, super *Esaui*. *Hof.* 12. 4. in utero calcaneum pressit *Frateris sui*, & robore suo *Principem se* gessit cum *Immanuele*: jus nempe *Primogenituræ* hic primo memoratur in *Sacris S.* quod jus, erat *divini Federis hæreditas*, *Hebr.* 12. 15. hæctenus enim nemo gemellos in *Familia Patrum* pepererat, quo difficultas *successionis Lineæ Sanctæ*, suboriri quiret, nunc in utero gemellis, hoc dubium obvenit, id jus *Esaui* sibi vindicat in utero, cum nondum natus esset, ideoque neque *Primogenituræ*, neque sciret, an prius ille nasceretur, de eo collisi in utero, usque ad matris parturientis



rariensis detestationem, Esa. 48. 8. & ideo cum *Jacob*, postquam illi dictum fuisset. Rom. 9. 12. 13. *Major serviet minori*, vicit *Esaum* & Principatum Primogenituræ, *Esa*o adhuc in utero præoccupavit. *Vi oraculi*, quod intellexit *Jacob* etiam in utero, æque ac *Johannes B.* salutationem *Mariæ*, Luc. 1. 44. Exinde uti antea gemellorum in utero *Duellum* palam fuit, nunc in partu quoque jus illud *Esa*o cedere noluit, propter calcaneum conterentem caput serpentis: ex hac revelatione oraculi in utero *Jacobo* facta, postea licitatus est ab *Esa*o sibi vendi jus primogenituræ; secus, id nature lumine, tanquam ipsi contrarium excogitare, ut emeret, & quidem prævio Sacramento etiam jurisjurandi, *Jacob* nequiquam potuisset, Matth. 16. 17. 1. Cor. 2. 9. 10. 2. Cor. 8. 16. huc collineabat *Lex Dei*, de *Viro Discalceando*, Fratrem suam thoro connubii sui excludente. Deut. 25. 9. idque ideo, quia v. 7. *semen* (Gen. 3. 15.) *Caput serpentis conterens*, in *Israële* excitare nollet, quo etiam *S. Johannes B.* phrasi sua, *cujus non sum dignus corrigiam calceamenti solvere*, Joh. 1. 27. digitum intendebat, huc respexit pœna *Ægypti* à *Jehova* discalceandi, in emblemate nudipedalis *Esaie*, cap. 20. 2-9. per triennium, respectively ad duos testes occisos, tribus diebus, cum dimidio, in platea *Ægypti*: Apoc. 11. 8. 9. sarcastice projectos; Et execratio *Davidis* in *Joabum* (propter sanguinem innocentem, collocatum in calceamentum suum ad pedes suos. 1. Reg. 2. 5. 6.) ut *grallipes* non deficeret ex domo *Joabi*. 2. Sam. 3. 29. & illa *Promissio* Psal. 60. 10. Esa. 11. 15. Luc. 10. 19. Cant. 7. 1. Quorum mysteriorum nexum, cum mandato de exeundis calceis, si serio considerasset, *Vir Polyglottos*, Præclarissimus. *D. Georgius Verresioi*, p. t. in illustri Gymnasio *Ref. Claudiopoli*, *Philologie S. Theologie & Philosophie Professor* exquisitissimus, sensum *literalem*, cautionis illius, Exod. 3. 5, *exue calceos*, non tam severe fugillasset, in *Dissert. sua* omnino largam *Musarum Lucernam* olente, de *Palma ardente*. Utinam defunctorum olim *Heroum Ecclesie Leonum. Isidori, Occumenii, Prudentii*, (quos propter *Literalem* sensum, *Literiones* insignit.) *barbam* tam præcisive non vellicasset; & perpendisset, quam latam viam hodie ad exitum Matth. 7. 13, pandat *Sacrarum S. Literalis*



*sensus vexatio*, exemplo *Thome Woolston* Angli, qui, nuper. de Dei Jesu C. *miraculis* Librum edidit, quo *veritatem Literalem* Historicam eorum tollat, mutatis omnibus factorum circumstantiis, in *Proverbiales* *Acronymias* hyperbolas, & in omnes qui *Literalem* exegesi sequuntur, sic debachatur, ut hominem *Herculis mysteriis* nuper initiatum, aut in *Bachiorgiis* pergracantem quis cernere se crederet; ille sua *orcodoxia*, *Christiani Orbis muros* pulsare, qua potest animi contentione allaboravit, suo eodem loco moturus; verum gloria in excelsis Deo, qui excitavit *David* huic *Goliatho* prosterfendo pares, ut proximi *Præclarissimum* Theologum, D. *Christoph. Wollium* *Lippsensem*, qui in *Libello de Jesu Spirituali in Anglia redivivo*, *Satyræ* hujus *Cantabrigiensis* viscera rite exenteravit & sale *Sichemitarum* conserpsa, Christo D. igne *baptizanda* commisit.

XX. *Suspicio* alicui de *calcaneei* & *calceamenti* arcanis, in æconomia gratiæ altius considerandis occurrere queat, & ex *Naturalistarum opinione*, si fides hoc puncto illis debeat; tradunt illi, quod *sensitiva* quoque *antipatheia*, tanta sit inter *aspectum serpentis* & *hominis nudi* mutuam, ut serpens hominem follicite fugiat, quasi *instinctu nature*, Deus repræsentare voluit *maledictionem* illam, quæ in *serpentem* pronuciata est, tunc, cum *nudos protoplastos*, jam à se seductos coram *Tribunali Dei* stantes cerneret, Gen. 3. 11-15. non secus ac *Chami maledictionis* *symbolum* Deus extare voluit, in *cutis Chamitarum fusco colore*, quoniam *denudatum Patrem Noachum derisset*, Gen. 9. 22-25. Jer. 13. 23. Amos. 9. 7. de serpentum *antipathiis* cum homine, adhuc aliis pluribus, *Rupertus*. L. 3. de *Trinit.* c. 20. dicit, *hec ita esse ipsorum qui serpentum industriam explorarunt, fida relatione accepimus.* Serpentis calliditatem & sollertiam in allegorica pedum observantia innuit *Testamentum Danis.* Gen. 49. 17. 18. conf. *Matth.* 10. 16. & *Targum Hier.* cum Filii ait *mulieris deserent verba legis, operam dabis tu serpentis, ut mordeas eos in calcaneis ipsorum*, eo fortean veteres emblema dirigebant, dum *Dracones Theaurorum custodes* pingebant, & *serpentes Esculapio* consecrabant, cum *Archistrategi bombardas* ad figuram *capitis serpentis*, Gen. 3. 15. efformarunt & certis *coboribus, tesseram Draconis*



conis, (Dragones dicti) prætulērunt. Hanc sagacitatem Serpentis experti illi, qui se *fygio isti Draconi* sponte docendos devoverunt, qui ut eum *Familiarem* sibi redderent, quasi in *spelea* ejus descenderunt, inter *Literatos magna nomina*, Plotini Discipulus, *Porphyrius*, Præceptoris sui vitam scribens, notat ubinam, in *Isidis Templo Romæ à sacerdote* Spiritum *fygium* hauserit; eum *Paronum* multi *Papæ Romani* sibi Sacramento elegerunt, adeo ut refert *Brighmann* in Apoc. 2. 13. & *Wolffius* Memor. T. 2. *viginti & quatuor Papas* fuisse, qui Pontificatus potiundi gratia hac *impietate insigniter* Nobilitati fuerint, per totos 80. annos à *Sylvestro II.* ad *Gregorium VII.* *Platina* testatur.

XXI. Quod *Mabumedanos* concernit, de ritu pedes discalceandi in suis *Mosquetis*, omnibus notum est. vide *Barthol. Georgioz.* L. de ceremoniis *Turcarum*. Verum ne exemplo Christianorum etiam hujus ritus praxis destitutos nos quis dicat, referam verba *Zaga Zabo Æthiopum Episcopi*, Legati à *Rege Abyssorum Davide*, ad *Johannem III.* Portugallia Regem. Prohibitum ait, est inter nos ne aut gentes, aut canes in *Templa* irrent, non datur nobis adire *Templum*, nisi nudis pedibus nec licet nobis in *Templo* ridere, colloqui, obambulare &c. *Damian.* à *Goes de moribus Æthiop.* conf. *Gr. Nazianz.* in or. Fun. pro Patre, laudat matrem *Nonnam*, quod in *Templo* ne vocem quidem emitteret, nisi de *Psalms*, nec unquam *tergum altari* obverterit, aut *Pavimentum Templi Dei* conspuerit. &c.

XXII. Cautio ab *Ecclesiaste* suggesta, est, *observa pedes tuos*. Pes est basis cui corpus innititur & quibus laesis hominem ruere necesse est, hinc piorum *calcaneum* toties conterit *Satan*, quoties eos in *lapsus graviores* præcipitat. Ps. 38. 17. suffragante *Augustino.* in Psal. 49. 6. *Diabolus* ait *calcaneum* observat, quoties *laberis* ut dejiciat te, ille observat *pedes tuos*, Tu observa *caput ejus*, & sic non apprehendet *calcaneum tuum*: phrasi itaque, attende *pedibus tuis* & pone *calceos*; non solum externi cultus divini ritus insinuantur, sed omnes affectus & effectus cordis, *fidei hominis interioris*, ad *sacra divina* reverentia consecrati, stylo *Spiritus S.* nempe, uno



gestu religioso memorato, omnes actus devotionis præstandos intimat; veluti *Apostasiam Israel à fide Patrum* exprobrat hac una phrasi, *non audiverunt me.* Psal. 81. 14. Jer. 25. 4. 7. & phrasi, *non ambularunt in viis Dei; sed pone Deos alienos ievuat.* Deut. 6. 15. prouti & *Fidelitas & Victoria* piorum exprimitur, *non flexerunt genua Bali.* Rom. 11. 4. & 16. 20. conf. apophtegma *Jose Jodzeris F. in Aboth. c. 1. §. 4. Sit domus tua, domus cætus sapientum, & consperge te, pulvere pedum ipsorum, nempe ipsorum fortean vult dicere, Gen. 32. 24. vajeabec, & pulverizabat cum ipso.* Hof. 12. 4. Cant. 3. 6. vide & Targum. H. ad Deut. 33. 3. *non cessant à doctrina legis, & ecce veniunt ad pedem nubium ejus.* Hebr. 12. 1.

XXIII. Ast vero, quoniam plerique in his duabus, interna & externa, in cultu publico devotionis conjuncturis, in extremum ruunt, corporis gestum in Templis sine peccato negligi posse putantes; placeat L. B. pro hujus pestifera irreligiositatis cura, quædam apotelesmata publicare, ad impediendum hunc Ecclesiæ Christianæ contagiosum morbum; sanat aut ille *Confessio morbi.* Psal. 32. 3. 4. Sam. 12. 13. consideranda igitur hæc pauca omnibus sobria conscientia insinuari obtestamur. A. Quod omnes pro certo tenent, se sollicitos esse debere, non solum pro glorificanda anima sua in Cælo, sed etiam corpore suo glorificando. 1. Cor. 15. 43. præmium autem 2. Cor. 5. 9. 10. gloriæ, opus laboriosum præsupponit. Rom. 2. 6. Ergo debemus Deum in hac vita, æque in corpore ac in anima glorificare, si velimus utriusque in resurrectione glorificationem. 2. Cor. 4. 16. Gal. 6. 5. Rom. 8. 11. Psal. 63. 6. 84: 3. B. quod sicut cultus externus corporis sine animi cultu interno, est cadaver & morticinium; ita internus cultus, sine externo, est quid imperfectum & incompletum, (non enim vult Deus, ut vera religio, feret Simia superstitionis) Esa. 29. 13-16. Jac. 4. 8. Perinde, atque animæ separata gloriificatio, sine corpore non est consummata, usque dum reduniantur vicissim. 1. Cor. 5. 4-10. Rom. 8. 23. Job. 19. 25. 27. Psal. 16. 9. 10. Apoc. 6. 10. 11. C. Quia, qui tantum derogant in exhibendo cultu externo Dei publico, e. gr. genuflexionis, capitis detractionis, similibusque gestuum, commit-



committunt consequenter idololatriam; nonne enim, communicare *signa honoris, alicui creaturae, qua soli Creatori competunt*, est idolatria; ergo via contrarii, quanto magis si negligatur officium cultus externi Deo debiti, velut homagii nostri erga Deum *Symbolum*, ut Regem sanctissimum, reputabitur in reatum idololatriæ & sacrilegium: imò *pravariationem fidei*, nequeunt enim negare, partem peccati idolatriæ. in illis externis corporis gestibus consistere *idolis* exhibitis Esa. 44. 15. 17. 46: 6. Rom. 11. 4. Dan. 2. 10. immo, cum 1. Pet. 2. 9. Christiani *Regale Sacerdotium* vocantur: Sacerdotum autem in V. T. *vestitus peculiaris* à plebejo distinctus, ab ipso Jehova definitus est, patet vel in ipso corporis externo *vestitu* fideles N. T. in *Templis*, ubi *Sacerdotium* exercent, diversum à mundano vestitu, Rom. 12. 2. gestare debere, qui *humilitatis* coram facie Præsentia Dei, *Symbolum* sit, Sof. 1. 8. nam ea, quæ natura sua alioquin *adiaphora* essent, circumstantiæ tamen causa, fiunt *Dei* aut *Sacræ rei*, idioma; quæ si transferantur ad rem non sacram, erit *prophanatio rei sacræ*, quo respectu damnantur *allocuciones*, & *complementa honoris Civilis* in ingressu erga alios in Templo confidentes, inter sacra, curiosa plerumque phantasia delata; nam quæ *impietas* est, cum ad Deum cæperis, ad homines misso Deo converti. *D. Quin* Corporis cultus, licet in seipso consideratus ex iis sit, quæ dicuntur *minora legis* Matth. 23. 23. Luc. 11. 42. & honor Deo per corporis gestus exhibitus in se coram Deo, non est *maximi* (quamvis nec nullius) valoris, attamen voluntarius & præsumptuosus neglectus (quasi *assulas die Sabbathi* præfiscinè colligentis. num. 15. 32.) tam *minoris officii* etiam, fuit à profana cordis dispositione & *mente cauterizata*. 1. Tim. 1. 7. 8. & 3: 3. 5. Tit. 1. 15. 16. Gen. 37. 10. 48: 17. 18. Ezech. 83. Atque cultus iste corporis fidelium *sacerdotalis* præsupponit *Templo-rium* etiam terrenorum *munditiam* seriò curandam esse. Præsentia enim Divina quantopere detestatur *immunditiam* Templorum, clarissime monuit Deus. Deut. 23. 14, utpote, quæ maximum Dei contemptum arguit; unde *Jehu* 2. Reg. 10. 27. ædem *Baalis* peculiari contumelia affecturus, in *latrinam* vertisse



vertisse dicitur; adeo certo *Templis munditiam* convenire putavit Apostolus, ut *corpora Fidelium Templis conferens*, argumentum inde duceret, de iisdem, morum & vitæ impuritate, non temerandis. 2. Cor. 6. 19. *Vos estis Templum Dei, impurum ne attingite*, nempe, si *imaginem Templi* non deceat immundities, omnino non decebit *ipsum Templum*; verum tenenda *hic aurea mediocritas* (quam neglecta, multi *Hieroclastæ* naufragium passi, his *Scyllæ* allisa, illis *Charybdi* absorpta Ecclesiæ navi; eam, venerationis *Simulacbro*, quidam *Idololatria*, alii, hujus fuga, *profanitate* contaminantes) si pote Clementissimum Numen, isthac via etiam langventes & fere emortuos, Sacrarum Familiæ suæ Legum *nervos* recreare, grassantem in Sacris morum pravitatem compescere, vellet, ut *potenti Spiritus* adoptionis *virtute*, Ecclesia hujus ævi, in *primævum* illud robur, quo tempore Apostolorum crevit & floruit, renovari possit; si hoc *monitum* meum, in *promotionem* salutis alicujus fidelis succedat, celebrabo *Nomen Jehovæ Patris Cœlestis* quod *atramentum* meum vocaverit in *communionem præmii* illius quod præstat *Sanguis dilecti Filii sui*.

XXIV. Nunc reflecte. L. B. tuam *Conscientiam* ad ea quæ hæctenus ostendimus (imprimis eos, quos Spiritus S. Inspectores constituit Act. 20, 23. Ecclesiarum, Protestatione illa, 2. Tess. 2. 1. obtestor) & Reverentiam domus Dei Templorum, in Te, per te, & per alios sollicitè procurator; proculdubio indigestus ille mos, in Templis variis effigibus, Piæturis ludicris, musicis instrumentis inconcinnis sæpe ridiculis, ornandis, non est Christianus, neque fuit sic ab initio. Matth. 19. 8. *Templa sacra Christianorum oratoria, characterem divinum tenent. Quis igitur præsumet eo intrare tanquam in Forum, Tabernam, aut Braxatorium: Quis tentat, ea piæturis, imaginibus, hominum promiscue defunctorum cadaveribus pollueret: Quis audet coram Jehovæ in Domo Dei, sedendo orare, stertere, ad modum funambalonis spatari, pugnis baculis decertare, (quæ supplex coram Rege terreno facere non præsumeret) pulverem stygium instar circumforanei, circumportando, aliis vel nolentibus obtrudere, Templum ingredi,*



gredi, ut *macellum*, mox *regredi*; iterum *recurrere*, & paulo post vicissim cum *strepitu scalarum* & *freatu* *excurrere*, *alastorem* agere, *catellum* suum, loco *Psalterii* sinu gestare, aliis *psallentibus*, instar *Quackeri* silendo *oscitare*? Tales profani gestus, velut crimina *Læxæ Majestatis Divina*, clamant certo in aures *Domini Zebaoth*, in *Templo* & die *sacrificii N. T.* ubi, & quando *luxuriantur* *vestitus* gestu. *Jac.* 5. 4. 5. & *provocant* *Jehovam Zelotem*, ut *fulminibus sæpius* *Templa* *destruantur*. *Sam.* 11. 3-7. 4: 11. *Esa.* 5, 17. 4: 3. 4. *annon* potius *Templum* *accessuri* cum *Jacobo* *exclamabimus* ad *Bethel* nostrum, *hic Deus est, & ibi versabimur in conspectu Dei* cum  *Davide* *Pfal.* 84. 1. 2. *Eja* *sequamur sanctos Dei adoratores*. *Pfal.* 5. 7. & 26: 8. 96: 7. 8. 9. *Patrum Pietatis formam*, velut *Speculum* *intueamur*, *indefinenter memores* *tragici illius* *Programmatis* *Aulæ celestis*. *Honorantes me honorabo, me autem desipientes, desipientur.* 1. *Sam.* 2. 30. *Pfal.* 18. 27. & 91. 14. 15. 145. 18. 20. *Quam sancte & merito* nobis hic *imitanda esset, Fratrum Bohemorum Diligentia disciplina*, qui *dato signo publico cultum* *comeniendi*, *illico durante pulsu campanæ*, (quod ipse vidi *Szakolezæ* in *Hungaria*, à reliquiis. *Fratrum B.* *consuetum*) *omnes in Templum convolant.* (*Esa.* 60. 8.) & cum, *tota jam Ecclesia* *præsente Psalmum* *cantare incipiunt*, *statim Diaconi* *januas Templi* *occludunt*, ut *nemo*, *medio cultus S.* *tempore*, *ingredi* *vel egredi* *queat*, *dicunt enim*, *ex Malach.* 1. 13. 14. *eum*, qui *ab exordio cultus* *usque ad exitum* *præsens non esset*, *sacrificium* *Deo*, *offerre*, *sine captivè*, *mancum*; *claudum*, *corruptum* *ideoque maledictum*.

XXV. His præmissis, *illustranda* *restat Cautionis* *illius natura*, *sis paratus potius ad audiendum*, *quam offerre* *Sacrificia stultorum*, *id est*, *ne præfer actum secundarium* *cultus divini*; *illi*, qui *est Principalis*; *non itaque hic sermo est*, *de auriculari auditu*, *sed pratico*, *nempe obedientia* *erga præcepta Dei*, *ut vulgata E.* *vertit*, *melior est obedientia*, *quam stultorum victimæ*, *conf. phrasin.* 1. *Sam.* 15. 22. *Prov.* 21. 3. *Samuel ait de Saulis Sacrificio.* *Stulte fecisti, non observando Jehovæ mandatum.* 1. *Sam.* 13. 13. *Videas enim sæpè Cainum* *Sacrificantem.* *Gen.* 4. 3.

D

*Achabum*



*Achabum Sacco indutum. 1. Reg. 21. 27. Jehu zelantem. 2. Reg. 10. 16, qui tamen Deo nullam præstant gloriam. Nuda enim Ceremonia cultus, nihil præstat præ oblatione stultorum, Prov. 7. 7-14. 1. Reg. 18. 28. si nempe, cultus non ex corde, fide præoccupato præsterur. 1. Tim. 1. 5. Rom. 10. 11. & 14: 3. Gen. 4. 3-4. sicut enim Deus est vivens Deus, ita vivum cultum requirit, sed velut corpus humanum, sine Spiritu, cadaver est, ita corporalis exercitatio, in cultu divino, quam pulsus fide devoti cordis non animat morticinium est. Rom. 6. 13. Jac. 2. 20. Psal. 62. 9. Atque hæc est Reverentia Templi. Novi T. spiritualis, singularis & Personalis, prouti Rom. 12. 1-4. inculcatur, ut quisvis fidelium Templum ingressurus, se totum in Templum Deo consecrare debet, antequam Templum lapideum visibile intret, quod fecisse Macedones laudat Apostolus. 2. Cor. 8. 5. qui se prius Christo tradiderunt, antequam Apostolis traderent Elemsynam Hierosolymam deferendam: id urget David. 1. Chron. 22. 18. ut Principes Israël prius tota anima quærerent Jeboram, antequam ædificio Domus Dei manus admoverent; sic Levitic: Num. 8. 11. priusquam intrarent Ministerii officia in Sancto facienda, ut viva hostia agitabantur à Mose & Arore coram facie Iehove, in jus & libertatem appropinquationis ad Deum; non secus Christiani accessuri Deum in Templo, vivam se hostiam παρασησται debent; vita Dei adsit oportet in sistenda se hostia viva, quæ non oritur ab ipso homine, sed extrinsecus à Deo inditur. 1. Joh. 5. 11. 12. vitam illam Pater posuit in Filio. Joh. 5. 21-26. 14: 6. 19. Act. 3. 15. Psal. 30. 10. neque illius vitæ confors est, nisi qui per fidem membrum Christi factum est. Joh. 1. 12. 10: 10. Eph. 2. 4. 5, adeoque verum sit, iustus ex fide vivit. Hab. 2. 4. Fides infert in animam Principium vitæ, Christum Jesum. Eph. 3. 17. Joh. 11. 25. 26. 1. Joh. 5. 13. ubi autem vita est, ibi adsunt & vitales actiones, convenienter Vitæ Dei, Rom. 8. 2. ut in S. Paulo. Gal. 2. 20, evigilant, ambulant, in Christo. Eph. 5. 14. 15. 1. Cor. 6. 20. 10: 31. quæ cum in plerisque Christianis requirit Christus D. mox exprimat illud dictum Ecclesiæ Sardenis. Apoc. 3. 1. novi actiones tuas quod nomen habeas, quod vivas, sed mortuus es (quasi plerique*



rique vitam ita componant, ut per *antiphrasin* dicerentur *Christiani*; velut *Syba* vocatur *Lucus*, quia caret *Luce*, & *Pontus* græcis *Euxinus* dictus, hoc est *hospitalis*, quia ob frequentes incurfiones *pyrarum* & tempestates minime esset *hospitalis*:) hoc dicit *Spiritus septem Dei habens*, inter quos est *Spiritus vitæ*, & cui constat; cui de *Spiritu suo* dedit. 1. *Joh.* 4. 13. & cui virtus illa vivificans. *Marc.* 5. 30. communicata.

XXVI. Sanctificatio ad *Sacra* peragenda, olim & *vestium mundatione* & *mutatione* peragebatur. *Gen.* 35. 2. *Exod.* 19. 20. *Zach.* 3. 3. Sic *Templa viva Personalia Dei*, mutationis hujus *symbolicas vestes* requirunt; equidem de *externis vestibus*, *Templa accessuros* satis videmus sollicitos plurimos, ut vel ex *anathemate*, *purpuram* cum *Achane* sibi induant. *Jos.* 7. 1-21. sed quod isti *munditiam* dicunt, meræ *sordes* sunt coram *Deo*, & *Fasus* ille *Filiarum Ston*, sunt *excrementa in oculis Jehova*. *Esa.* 3. 26-30. & 4. 4. *Ezech.* 8. 6. adeo ut, ex illo habitu agnoscatur, *Origo Cananea*, *mater Hitea*, *Pater Amorreus*. *Ezech.* 16. 3. *Amos.* 9. 7. unde 1. *Tim.* 2. 9. 10. vetatur istius modi *ornatus in cincinnis*, *margaritis*, *vestibus splendidis*, quo locus fiat illi *vestitui* qui decent *homines pietatem proficientes*, in *amictu honesto*, cum *verecundia* & *modestia*, & *bonis operibus*; & nisi deponant ista *ornamenta coram Deo*, *subducet se Jehova è medio eorum*, *Exod.* 33. 5-7. uti enim *lapis* clamat de *muro*, contra *raptorem depeculantem*, *Hab.* 2. 11. non minus *materia* & *forma vestium*, eorum *immunda*, contra eos in *domo Dei* protestatur: *curret ergo quisque ut vestibus mundis compareat in Templo suo* & *Publico*, coram *Deo*; *vestes eæ hominibus non crescunt ex se se*, ut *jumentis* & *avis* neque ab ipsismet, vel ab ipsa *Dorcade*, parari possunt, *Aët.* 9. 8. 9. *vendit illas solus Christus D.* in *officina S. S.* *Apoc.* 3. 18. 7: 14. & quidem *gratis*, modo quis velit *induere*. *Luc.* 15. 22. *Esa.* 55. 1. *Rom.* 13. 14. *Eph.* 4. 24. sub hac *solum conditione*, ne instar *porci polluat*. 2. *Pet.* 2. 22. *Rom.* 6. 19. vel *perdat* *Apoc.* 10. 15. caveatque *sollicite*, ne *novi hominis vestitum* usurpet tantum ad *conformationem sui* huic mundo, sed ad *conformitatem suam* cum *Capite Christo*, plures enim sunt, qui *Sacrificia N. T. S. Cæna* usum & *S. Con-*



cionum auditum, eo loco habent quo *Sichemita Circumcisionem*, ut ex inde *connubii* ratio petatur, perinde pendentes, apud quos Sacris communicent. Gen. 34. 15. 16. 2. Reg. 16. 10-14. Ezech. 8. 11-16. & 16: 16-19. & 21: 26. non comedit tales *Zelus Domus Dei*, sed *zelus Saulis erga domum suam*. Psal. 69. 10, Esa. 22. 1-8. 1. Sam. 21. 2. *zelus* quidem multorum magnus est in sua causa. Luc. 9. 54. 55. Nunquam *Esau* fervidior fuit in *venatione ferarum*, usque ad defatigationem. Gen. 25. 29. 30, quam illi in persequenda sua *cupiditate, ambitione, in Templis* confidentes. Psal. 10. 23. 1. 9, sed in zelo domus Dei sunt *Κλιεποι*, Apoc. 3. 16. nullus zelus pro justitia & contra peccata. Prov. 18. 9. 21. 25. valeat itaque apud Christianos Templum ingresses, *abortivario*: Hebr. 6. 11. 12, 12; 28. 29. *Herus* enim hujus *Domus Zelotypus est*. Deut. 6. 15. Ut vel *suspicio* de domesticis, *aquas amaras Zelotypia* ejus bibendas cogat. Num. 5. 14-17. de pulvere Sanctuarii Dei profanati.

XXVII. Objicit hic *Demas*. (2. Tim. 4. 10.) *Si ita sit Christiano homini cum Cultu in Templis divino; tum praeferat corporis externa devotionis omni exercitio publico & templo abstinere, quam incurvere reatum Profanationis cultus divini, difficile enim est semper cor interno zelo ita affici, quoties cultus externus requiritur; Responderi potest talibus, id quod Christus D. in simili casu tergiversantibus respondit. Non omnes capiunt sermonem hunc, nisi quibus datum est. Matth. 19. 11. nam ubi vera & recta intentio animi ad honorem Dei in Culu adest, ibi non fit hypocrisis, licet cultus tales externi infirmitatibus sint obnoxii; tumque locum tenet aliud dictum Christi D. de *Legis majoris & minoris momenti* requisitis. Matth. 23. 23. Luc. 11. 42. *haec oportet facere, illa autem non omittere. Nonne expresse per Joëlem c. 2. 16. Deus jussit ad Cultum publicum colligendos & parvulos ubera sugentes; sed quorsum quaeso convocari jubet iudicio destitutos, qui, quae ibi agantur, ignorant; verum sic Deus cujus stulticia sapientior quam homines. 1. Cor. 1. 25. jubet fieri; non secus omnino corporis exercitia in cultu divino, ut parvulos sanctificare jubet. Rom. 6. 13. Psal. 57. 89. & 77: 2. 3. 99: 5. etsi defectibus vacillent; prout enim infantes jussit adesse**



adefse in cultu publico, quoniam *publica pericula ad ipsos etiam pertinent*. Deut. 28. 57. 2. Reg. 6. 28. 29. & *jus regni caelorum*. Matth. 19. 13-19. ita infirmitatibus obnoxia corporis exercitia religiosa ad cultum suum Deus componi jubet, quia *mors*, uti *aeterna*, sic & ex ea *liberatio*, ad corpus quoque pertinet. 1. Cor. 6. 10. 20. Matth. 8. 8. 9. uterque, utriusque corporis & animae, ad vitam & mortem aeternam obligationis respectus, egregie adumbratur, in corporis exercitio in cultu divino, dum se prosteruens genuflexu adorat Deum; lapsus enim ille corporis nostri ad terram, representat nobis nostrum lapsum in Adamo Primo; cum vero finita adoratione, nos à terra elevando erigimus, nostram in Adamo secundo, restitutionem & resurrectionem ad vitam, clarissime effigiat, quod voce *περαπτορω* ter repetitio. Rom. 5. 15. 17. 18. Apostolus etiam intimare gessit.

XXVIII. Quin potius consideratis nostris in publico cultu defectibus, Templum sollicite frequentare, ibique affectus nostros debiles, vota flaccida eo magis excitare debemus: quoties de nimia cordis nostri angustia, erga celestia. Col. 3. 1-4. ingemiscimus, & de animi fideique nostrae quaedam vacillare, & evagatione percellimur. Psal. 43. 5. Toties cum Davide nos stimulare debemus. Psal. 42. 6. *Cur desicis te anima mea & perstrepis, spera, suscita te, adhuc confitebor, psallam salutes mei Dei*: Praeterea efficaci memoria recolamus Christi D. Promissum, Matth. 18. 20. 28: 20. quo in caetu fidelium, suam divinae praesentiae influentiam singulariter, (quod in privatis nostris locis & catibus non promissit) appromissit. Efa. 40. 29. 31. Sicut, *tempus peculiare* habet Spiritus S. in suae aeternae operis procurando, nempe, die Dominico. Apoc. 1. 10. eodem modo locum destinatum aeternae suae habet Templum, caetus Ecclesiae. Joh. 20. 19. 25. 26. Spiritus S. ubi vult spirare, ibi spirat, sed vult spirare in Ecclesia tantum, velut in Horto villicationis suae. Cant. 4. 16. Joh. 3. 8.

XXIX. Et sicut *Psalmi Davidici*, (& non ab hominibus privatim suo genenio scripti Hymni) cantati, sunt Spiritus S. *fomes & vehiculum singulare*. 2. Reg. 3. 15. Act. 16. 25. 26. 30. & 4. 24-31.



Eph. 5. 18. 19. 1. Cor. 14. 15. 1. Tess. 5. 19. 20. adeoque, quia illi *Psalmi* in Templis publicè canuntur; ita quisvis fidelis, se in *Templo* convocata Ecclesia *confortem fore Spiritus S. communionis* credere debet. 2. Cor. 13. 13. Rom. 15. 16. hoc respectu Christo D. *ter* in publico oranti, *ter* tantum ex cælo immediate à Patre responsum fuit. Luc. 3. 11. & 9. 28. 35. Joh. 12. 28. Perinde in *Templo orantes*. Apoc. 11. 12. tantum sub *lineam mensuram* Spiritus S. Joh. 3. 34. Act. 2. 3. Eph. 4. 7. 1. Cor. 12. 11. registrati fuerint nempe, quod *eodem loco solum, oleo, lactis* Spiritus S. demum perfundantur. Esa. 56. 6. 7. & *bonis domus Dei N. T. impleantur*. Pf. 65. 4. & *pingredine sanctuarii*. Pfal. 63. 3-6. 45. 8. *perungantur ad Sacerdotium Regium*. 1. Petr. 2. 9. Eph. 4. 8. 12. 15. 1. Joh. 2. 27.

XXX. Quod verissimum esse evincit, memorabilis *Thome* infidelitatis, à sacro Cætu. D. levi de causa emanentis, ideoque à Spiritus S. aspiratione privati, *exemplum*, qui tamen tempestive ad *sacrum cætum* reversus, illico *Spiritu fidei* donatus. Joh. 20. 22. 29. quo collineat institutum S. Pauli. Hebr. 10. 24. 25. Eph. 5. 19. & *instructio Asaphi*, de Tentationibus ipsum vexantibus, in loco cætus *Sanctuarii* à Deo ipsi concessa. Pfal. 73. 16-28. Discamus itaque in *speculum Moysi* orantis intueri. Exod. 17. 11. 12. (cujus remissas & labentes manus *Aron & Hur* sustinent) quomodo nam manus precum infirmæ, aliorum precibus conjunctæ triumphant vi communionis Sanctorum; quam adeo magni fecit B. *Lutberus*, ut sic exclamaret in tessera decade *Consolatoria*, *onus meum portant alii, illorum virtus fidei, trepidationi mee succurrit, aliorum jejunia, & orationes pro me sollicitæ, mei triumphi sunt*. Paracletus promissus est Ecclesie. Rom. 8. 26. 27. qui *licetum fumans* sufflat, & Orator noster C. D. in cælis. Rom. 8. 29. *judicium nostrum aliquamdiu in precibus sufflaminatum ad victoriam*. Matth. 12. 20. 21. Cum *celeusmate illo Paulino*. 2. Tim. 4. 7. 8. deducet, ut licet fatigemur, vel etiam cum Mose concidamus, non tamen projecti pereamus. Mich. 7. 7. sed levati & sustentati. Pfal. 73. 23. 24. perducamur in quietem domus Dei æternam in Cælis. Matth. 25. 23-34.

A M E N.

COROL-



COROLLARIA DEF.

- I. **T**ragici, *Filiorum Aronis, Nadab, Abihu*, Levit. 10. 1. 3. & *Filiorum Eli, Hopni, Phineas* 1. Sam. 4. & *Saulis*. 1. Sam. 14. 12-14. & *Uzza*. 2. Sam. 6. 6. 7. & *Uzzie*, 2. Chron. 26. 16. & *Sacerdotum & Prophetarum* Thren. 2. 20. & *Zachariae*. Luc. 1. 20. exitus; quos propter inordinatos suos in Sacrorum exercitio gestus, fortiti sunt; exemplo & documento nobis sunt, quod *Sanctissimum Numen cultum publicum Ecclesiae N. T.* prophanis suis gestibus *contaminantes*, impunitos ne utquam dimittat. Ezech. 8. 16. 18. Psal. 2. 11. 12. 1. Cor. 10. 7. 11. 12.
- II. *Angelos bonos, cogitationes hominum nosse*; ideoque eos ut nostros *intercessores apud Deum, adorandos esse*. Negamus, neque *malos, cum damnatis hominibus unquam restituendos, concedimus*.
- III. *In Serpente* Gen. 3. *Omnes angelos malos, non solum secreto federali, ad perdendum hominem inito, sed & natura sua adfuisse, ex Marc. 1. 24. verbis, quid tibi & nobis venisti nos ante tempus perdere & 5. 7. 9. Titulo legionis & Luc. 22. 53. Matth. 25. 41. Eph. 2. 2. & 6. 12. liquidum est*.
- IV. *Opera cultus religiosi, tam externi, quam interni, quamvis sint excellentissima Deoque gratissima, attamen iis hominem promereri gratiam vel gloriam, insciamur*.
- V. *Exinde, quod fideles dicuntur Domus. J. Christi & Tempula Spiritus S. Hebr. 3. 6. 2. Cor. 6. 16. 1. Cor. 3. 16. & 6. 19. Christum D. & Spiritum S. verum & Patri coeternum Deum esse. Afferimus*.



- VI. *Coronam Testimonii.* 2. Chron. 23. 11. *Librum foederis fuisse,* adeoque *cum Fideles.* N. T. *omnes sint ex Sacerdotio Regio.* 1. Petr. 2. 7. 9. *sine Libro Foederis,* nempe, *Bibliis Sacris Tempore die Dominico die Coronationis eorum Cant.* 3. 11. *intrare,* Apoc. 15. 2. 3. Psal. 149. 6. *Sacrilegium est.* Hinc
- VII. *Pii Auditores,* *Corona decus Doctorum & Pastorum Ecclesiae* vocantur. Phil. 4. 1. 1. Thes. 2. 19. 20. 2. Cor. 1. 14.





00 A 6354  
VD 18

ULB Halle  
002 842 548



3

JK

VD 17

Reho ✓









לְבֵית יְהוָה נֹאדָה קֹדֶשׁ  
 Pfalm. XCIII. 5. *Domus Jehova ornatus Decentia*

SANCTITAS.  
 DISSERTATIONE PUBLICA

DE

# REVERENTIA

TEMPLORUM

ECCLESIAE N. T.

CHRISTO DOMINO,

(*cujus Fideles Tempia, Domus sunt.* Hebr. 3. 6.  
 1. Cor. 3. 16. 17. 2. Cor. 6. 16.) propitio

PRÆSIDE

PAULO GYÖNGYÖSI,  
 à PETTYEN.

S.S. Theol. D. *Ejusdemque Facultatis*, in Academia  
 R. Viadrina, post *carceres, & Exilium suum, Professore Ord.*  
 h. t. Decano, *Illustri Ecclesie Anglicanae* Presbytero.

In *Auditorio Majori*, H. C.

Die XX. Octobr. M DCC XXXI.  
 illustrata.

*Defendente*

JOHANNE NOUVEL,  
 Berolinensi.

FRANCOFURTI ad VIADRUM,

Typis TOBIÆ SCHWARTZII, Acad. Reg. Typ.

